

Rps 35

190

Ad M D G B H

Nobilis Orator

In Comitiolis Disertus

Seu

Instructio Mibrarum Polit. Ive

quae Decima quarta Pars Edi

tione

Composita

Anno Dei vitae instructis

Hominem 1724

Casimiri Barszczewski


inches
cm
Kodak Color Control Patches
© Kodak, 2007 TM: Kodak
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

ALLOGVIO

Consiliis vacuum inferre Caput Idiotæ est in cultum
abjectæ indolis nullum Acephali quid quid discriminis sed
serunt imperia ruditas exclusit; quid quid desidiorum,
insolentes inter Contigit malé Comptus Sermo id per
suasit quid quid nunc irrepsit asidui p sui pœnatibus
vigiles pessime excubarunt felicia regna pro publico
pro quibus Census deliberat. Terror ille Latii Annibal
cui Succubuit Marii consiliis Romanis feliciter pro
fligatur armis Sed hæc Consulis ingenio acuenda
erant ne Alpium victorem cedendo hæbescerent Porro inter
egregé acuta ingenia multoq rationum robore firmaimbe
cillem mente Comparare non minus probrum est indolis
quam Palæstræ uterq vapulamus et Subictu infirmi
Cadimus ingloriæ Nobilis animus, aureæ libertati nutri
tus, tanti nominis gloriæ male tuet si suadé nega
bit ingenium et libertatem licentiæ Commiscuit si
hanc Gallicani catenâ non adstrinxit cui annulos Com
ponit fortius argumentum hoc Seu adversi casus vin
ciunt Seu in diversa euntes animi Consilia Confido amas
tem gloriæ et eruditæ vocis indolem facilé se huic in
structioni Commisuram nec deliberaturam an Scite loqui
in Consiliis expediat an Silere et quod deterius! ine
pté garire. hinc alacres animos formare Comitiis de

cretum est

cretum est succede eo felicius labor quod ad Pala
tinatuum terrarumq Consilia invitus acedat nemo.

Instructionis Divisio

Comitiolis genus deliberativum potissime servit inquo suadet aliquid v disuadet et quia suasio et disuasio argumentis seu rationibus stat: ideo deliberaturo Oratori argumentorum fontes sunt aperiendi itaq in duas partes se divi det instructio in 1ma parte argumentorum fontes locos scilicet intrinsecos Rhetoricos et extrinsecos aperiet osten detq quomodo argumenta ex illis sumenda. in secunda ad ipsam seriem Consiliorum descendetq in qua prius generis demonstrativi orationes expediet, cum suis admini culis deinde formabit vota quomodo et quid sit suadendo v disuadendo, confutando ostendetq praxim.

Pars. 1ma

Explicat Fontes argumentorum

Consilia sive ratione sive argumentis formari non pos se nemini dubium: hoc genus deliberativum requirit ut Cor pus animam, nisi cadaver esse venit. Argumenta autem non aliunde sumunt quam ex locis intrinsecis, quae Soa rius in Lib: 1mo de inventione explicat

Q 1 quid est locus Rhetoricus? R est fons, ex quo ratio nes sumuntur. Causinus omnibus in Rhetorica facultate excellere volentibus notitiam locorum commendat illamq

docet

docet, indicto necessariam esse Oratori, ac volenti legere Syllabarum alphabetiq; notitiam, locorum commendat, illamq; docet Alphabetum Rhetoricum vocat

℞ 2 quoduplex est locus Rhetoricus ℞ duplicem esse intrinsecum et extrinsecum porro intrinsecus est fons ex quo rationes argumentorum sumuntur v ex ipsa substantia rei v ex connexis magis minusve, cum substantia rei loci qui ex ipsa substantia rei dant rationes, sunt definitio, genus, species, partium esentialium enumeratio causa materialis, et formalis. etc loci intrinseci qui dant rationes ex connexis magis minusve cum substantia rei sunt causa finalis et efficiens notatio, adjuncta, similitudo et dissimilitudo, contraria.

℞ 3 quid sit locus Rhetoricus extrinsecus? ℞ est fons argumentorum seu rationum ex quo accipiuntur argumenta extra rei substantiam connexionem manentia seu connexa cum substantia rei ut sunt leges, testimonia, authoritas, exempla.

§. Amus

Explicatur Am. Loc. Definitio

℞ 1mo. quid sit definitio? ℞ est brevis explicatio esentiae de hac ejusq; divisione fusius diximus in Rudimentis Rhetoricis ubi de amplificatione per conglobatas definitiones dictum idem hic repetere supervacuum credo innuo tamen hic non agi de definitione rigorosa seu logica (quanquam et hanc sibi formare illaq; uti Orator potest) sed de circum

Scriptioa

scriptiva quae rem explicat ejusq; esentiam per circumstantias rei v ejusq; effectus, proprietates etc v verbis simplicibus v translatis etiam synonymis ut illa definitio Lelii Terrae ornamentum plantarum gloria oculus florum pratorum gemma etc

Q 2 quomodo ex hoc argumentum seu ratio accipienda? R. videatur propositio illaq; intellecta vide quid intendas probare atq; rem illam, sive per rigorosam definitionem sive per circumscriptivam definias illamq; definitionem pro ratione pone vg sit propositio in comitiis ad deliberandum porrecta an bellum cum Mosco incundum si suades bellum definitiones periculosi belli dares vg bellum cum Mosco non est incundum quia hoc esset extrema Patriae ruina foederis pacti venenum amicitiae inter consultio perdendae libertatis alea si suades idem definires spectando belli necessitatem vg reditegrandi regni medium avulsarum provinciarum vindiciae Polonae gloria Theatrum et ereptarum fortunarum recuperatio etc etc quas rationes si amplificatione dilataveris o rationem integram accepisti.

Q 3 quomodo ejus definitiones dilatandae? R. jam id habes in Rudimentis Rhetoricis ad quae te remitto.

Nota definitiones formari posse non solum per afirmationem explicando quid res non sit relinquendo auditori subintelligendum quid sit v etiam explicando quid sit ut illud est Senecae ad Lutiliam nulli necessitati nullis casibus nulli rei servire. et illud maximi Tyri definientis DEUM pulchrum DEUM dicam et pulchrorum omnium

pulcherrimum

pulcherrimum pulchrum haud quidem, pulchrum Corpus, sed unde pulchritudo in Corpora emanat neq etiam pulchrum pratum sed unde amnis et mare et Cœlum ipsum cœlestesq Dii pulchritudinem decerpunt. Hoc modo definires bellum bellum placet agredi num vitæ Seminarium est fortunarum vita aureiq Sæculi incus ne credas mox venturæ pacis fontem aut certam hostium pernicie scholamq animos animos juventutis martiis virtutibus excellentem.

Et jam habes istius propositionis bellum cum Mosco non iucundum argumenta a definitione quæ sic applicant bellum non est iucundum quia est extrema Patriæ ruina quia fœderis pacti venenum quia est amicitiæ in ita Convulsio etc. et ita in aliis materiis procedes. et non difficulter argumenta erues

§ 2dus

Explicatur 2dus Fons Argumentorum Partium Enumeratio

Q. 1. quid sit Partium Enumeratio R. est totius rei partium explicatio quodlibet enim totum partibus constituitur quas si enumeraveris facies partium enumerationem Porro totum est multiplex aliud phisicum quod habet partes unitas sibi unione phisica hoc est non ab intellectu solo facta Cognoscentem multa diversa ut unum quoddam et tale totum phisicum homo bos asinus habet enim materiam et animam seu formam sibi unita unione

phisica

phisica aliud est totum morale quod habet agregatas sibi non unitas unione phisica sed unione morali constituentes unam rem ut est corpus exercitus res publica acervus lapidum etc exercitus enim partes sunt milites tam pedites quam equites duces officiales etc reipublicae Nobilitas Senatus Rex aliud est totum artificiale quae id quod habet artificio aliquo compositas ut est domus quae artificis manu instruitur habetque partes parietes fictaloqueria etc aliud est totum logicum quae nomen commune quod hic dicitur de Temperantia Justicia Prudentia.

Ut tota sunt diversa, ita etiam partes in toto aliae enim essentiales, aliae integrantes essentiales partes sunt, quarum si unam abstuleris tota essentia et res perit ut si abstuleris animam ab homine et aliam compartem homo perit Integrantes sunt quarum si unam abstuleris tota essentia et res perit sed mutilla hoc est non integra

Q 2 quomodo argumentum ex hoc loco sumendum Ut videat Orator propositionem in illaque dictionem significantem totum v phisicum v morale v artificiale v logicum deinde partes examinet, illasque enumeret et pro ratione adferat. Accipies exemplum Massenii qui hanc propositionem Christianus non debet inebriari, argumentis ab enumeratione probavit ergone Christianus Bachonitet, turpe est manus pietati obligati ad infame ventris servitium convertere linguam Sacro Xsti Sacram Corpore

immoderatis

immoderatis haustibus proluere cor Dei conclave ad
hospitium gutae receptaculum facere mentem Divinae
Sapientiae prototypon perfuso potu Bestialem face
re ubi per Enumerationes partes integrantes probavit
indecentia Ebrietatis in Christiano ita et furationes ad
probandum illam propositionem bellum non est agendum
cum Mosco ex hoc loco erueres vg quia ad bellum non
est sufficiens miles apparatus bellicus tormenta
scilicet non pyri pulveris sufficientia non ductores
gnavi artis belliae nec animus bellandi etc
Nota afirmationem fieri posse vel per afirmationem vel
per negationem per negationem fit Enumeratio Par
tium si partes enumeratae afirmentur de re illa quam
in partes distribuimus. Ut est illud Ciceronis afirmantis
Pompeium esse imperatorem quod habeat virtutes impera
toris nimirum quia habet authoritatem, habet felicitatem
habet justitiam habet disciplinam militarem in usu etc
per negationem fit Enumeratio, partium si negentur par
tes illi inesse, quam in partes distribuimus ut videsti
in Exemplo ubi de bello negavimus requisitas ad illud partes
2 3 quomodo hae partes tractandae seu ampli
ficandae R habes in Rudimentis id ubi de amplifica
tione per hunc modum tractavimus possunt vero Ar
gumenta haec vel nude poni vel dilatari pro exigentia cir
cumstantiarum si cuique enumeratae parti ratio addatur
bene amplificabitur. Ita si rationem de ineundo
bello quia miles ad bellum non est sufficiens dilatare

velles

velles causas illius enumerares vg quia bello domestico miles exercitatus interii quia per comitia liberatus a servitio etc quas ipsas si amplificatione sufficiens tempus impleres dicendo.
Nota iterum argumentum firmum habeas et hoc fonte erutum necesse esse ut eruere omnes partes totius quibus posse veritas propositionis nam si v unam amiseris ex requisitis vacillabit probatio Ita si probares principem praeditum esse talentis ad regendum enumerares ipsius justitiam prudentiam fortitudinem omitteres vero clementiam quae non reperitur in illo veritas propositionis caderet, neque id persuaderes quod intendisti uberrimus Hic locus est sive ad rationes sive ad amplificationes adferendas.

§ 3tius

De Notatione Et Conjugatis 4to et 5to Fonte Argumentorum

Notationem explicuimus et modos ejus in Rudimentis ex ea formando illuc remittimus Rhetorem tamen.
Q 1 quid sit Notatio? R est explicatio nominis per genuinam expositionem v per aequivocam v per anagrammaticam v per derivationem ut Cicero Nomen Verris per aliud simile explicat quod porcum significat et nomen Consul ex verbo Consulo
Q 2do quomodo argumentum ex hoc fonte eruitur? R videat

Orator

Orator in sua propositione principalem dictionem v subjecti v
prædicati, investiget illius significationem aut derivationem
seu paronomasiam si dari potest, v anagramma illudq; quod
investigabit det pro ratione ita Cicero Verrem probavit tur-
batorem a notatione quod Verres C qui porcus dicitur soleat ter-
ram turbare rostro ita si probare velles ex hoc loco bellum
cum Mosco non esse ineundum erueres argumentum quia
nihil belli idest commodi seu venustatis accipi potest sed
hic locq argumentandi parum habet roboris ad persvadendum
quamvis delectare potest et versare adversarium proinde
raro ex illo sumuntur argumenta.

Quomodo vero potest tractari notatio habes in Rudimentis Rhetoricis
Q 3 quid sit Conjugata locq R. est in flexio dictionis per diversas
partes ut homo sum, humani a me nihil puto et illud imperatorem
nemo æquum æstimet qui sibi nequit imperare.

Q 4 quomodo argumentum ex hoc loco sumi potest, R. videat Ora-
tor suam propositionem, illamq; qm maxime probet, se illi in-
cumbat per diversas Orationis partes ducat eamq; quam maximé
det pro ratione ut si probares principem sapientem esse et prude-
tem in aliam Orationis partem flecteres dictiones sapiens et pru-
dens nimirum quia sapienter et prudenter gubernat. regnum
ineundum ita et pro illa propositione probanda bellum non est
ineundum rationem ex Conjugatis acciperes dictionem in aliam
partem flectendo sic quia bellari cum potenti hoste non suffici-
emus ut hic locq Notatio infirmus est implet orationem non firmat
quare tantopere ad argumenta non videtur adhibendus nisi habue-
rit aliqua circumstantia ad amplificandum et convincendum robur

S 4tus

§ 4tus

Explicatio 7 Argumentorum

Fons Nimirum Genus Et Species.

¶ 1 quid sit genus ℞ est nomen commune, seu universale quod dicitur de pluribus ut nomen animal quod dicitur de pluribus rebus nempe bove, aquila, equo, homine etc. illis diversa prudentia a se. pariter et nomen virtus est nomen universale quia dicitur de Justicia, Prudentia et Temperantia

¶ 2 quomodo argumentum sumendum est ex genere? ℞ videat Orator suam propositionem in illaque dictionem quam probare vult videat an sit universale si est nomen universale quaerat particulare de quibus illud nomen dici potest illasque det pro ratione convenit locus hic cum enumeratione partium quia genus totum logicum est si velles ex hoc fonte probare propositionem dictam bellum non esse ineundum cum hoste, quaereres particulares res, seu species seu formas de quibus bellum dici potest inveniresque bellum apertum, clandestinum offensivum et defensivum diceresque quia neque bellum apertum, neque clandestinum neque defensivum neque ofensivum ineundum est et deinde rationes singularum specierum dandae.

¶ 3 quid sit species seu forma? ℞ sunt illae ipsae res particulares diversae de quibus nomen comune dicitur ut Prudentia Justicia et quia de illis virtus dicitur.

¶ 4 quomodo argumentum sumendum est ex hoc loco? ℞ videnda est propositio in ea dictiones quarum probanda res est quaeres sunt particulares videndum ulterius sub quo nomine universali sive communi continetur sive nomen commune dandum pro argumento

vg sit propo

ug sit propositio hæc probanda esset Principem Justicia Clementia et fortitudo decet et id probandum est de principe quereres sub quo nomine Communi seu universali Continetur, Justicia Clementia et fortitudo. inveniresque quod sub nomine virtus illudque dares pro ratione dicendo quia omnis virtus decet Principem eruere sque argumentum ex hoc loco. ita et in dicta propositione de bello si probandum esset quia neque bellum apertum neque clandestinum, neque defensivum neque ofensivum ineundum est rationem dares quia nullum bellum est utile.

Nota ejusmodi argumenta dici ab oratoribus Thesim et Hypotesim nam si res particulares probas sequendas vel fugiendas per rationem a genere ab Hypotesi ascendes ad Thesim si vero dictionem universalem probas per particulares res seu speciem descendis a Thesi ad Hypotesim quomodo vero sint tractandæ vide in Rudimentis Rhetoricis ubi de modo Amplificationis hoc tractavimus

§. 5tus

Explicatur Ulteriores Loci Nimirum Similitudo Et Dissimilitudo.

Rudimenta explicuerunt Similitudinem et eius diversum modum tractandi hic vero quod aderuenda Argumenta attinet

¶ 1 quid est Similitudo? est Convenientia unius rei cum alia in aliqua qualitate et diversæ naturæ rei ita cum homo in constans assimilatur vento res diversæ naturæ cum alia Confertur Convenientes in aliqua qualitate motus uterque tibi

¶ 2 quomodo argumentum ex hoc fonte summi potest Similitudinis & Orator videat suam propositionem ubi bene intellexerit

quærat rem in mundo

quærat rem in mundo similem quæ bene convenire potest materiæ in propositione expressæ illamq det pro ratione vg si velles probare hanc propositionem concordia regna firmantur: quæreres rem aliqm quæ ex conjunctione cum alia invicta est et invenires catenam ex multis annulis compositam non facilerum pendam, daresq pro ratione sic: sicut annuli in catena juncti componunt catenam nulla vi rum pendam ita si concordia animorum accesserit nulla manus dissolvet regnum pariter si probare velles non esse bellum inhoandum cum Mosco quereres rem talem quæ non potest tractari sine periculo et damno invenires q vg sentes quæ si aprehendantur lædunt et vulnerant manum daresq id pro ratione sic: sicut sentes nemo tractat manu quin lædatur ita bellum cum Mosco non poterit tractari sine vulnere regni haberes argumentum a simili Nota cum argumentum eruis ex hoc loco similium posse te plures res similes adferre ad id aptas quos si plures adtuleris facies statim inductionem Rhetoricam

Q. 3 quid est dissimilitudo? R est disconvenientia duarum rerum inter se ut illud est catuli soles occidere et redire possunt nobis cum semel acidit brevis lux nox est perpetua una dormienda ubi solis occasus ejusdemq ortus iterum est dissimilis vitæ humanæ quæ si semel occidat iterum oritur

Q. 4 quomodo argumentum ex hoc fonte eruendum R propositioni probandæ inveniat rem dissimilem. aptam tamen materiæ illamq det pro argumento vg si probare velles hanc propositionem amore honesti apparet regi homines acciperes v verberibus regi igitur hominum est honestate duci

Ita si

Ita si argumentum cruere velles ex hoc fonte ad probandum quod bellum non sit iucundum cum Mosco diceresque belluae tantum sunt ad pugnam quibus nil gloriae seu vinceret, seu vincantur nos ad praelia descendere tam facile non decet quibus incerta victoria, certa confusio ex casu haberesque rationem a dissimilitudine plura alia dissimilia posse congerere ad idem probandum.

Solus

Explicatur Argumentor Nimirum Contraria

Q. 1 quid sunt contraria? R. sunt v res sibi oppositae v positiones mutuo se pellentes ex eodem subjecto ut sunt diligentia negligentia etc.

Q. 2 quod uplicia sunt contraria? R. sunt 4plicia 1ma sunt adversa sunt quae res sub eodem communi nomine contenta quae simul esse non possunt subjecto in eodem vg bellum pax virtus vitium etc quae mutuo se bellant et continentur sub eodem nomine communi qualitatis scilicet

Alia sunt contraria privantia, sunt quae res una et carentia illius in subjecto capacitati et utraque non possunt componi in eodem subjecto vg visus et caecitas visus caecitas est carentia sit lux, tenebrae et mors.

Alia sunt contraria relata sunt quae res duae quae simul uno respectu esse non possunt in subjecto unum tn sine alia esse n potest si unum destruitur tota destruitur si unum ponitur ponitur aliud vg Dominus servus sunt res duae quae simul de uno dici eodem respectu non possunt quia Paulus esset Petri servus et semper trahunt se mutuo nec enim Dominus sine servo nec servus sine Domino esse potest ita Pater Dux, Filius Miles etc

Alia

Alia sunt contraria negantia sunt quoque duae propositiones quarum una hoc negat quod altera afirmat ut bellum inhoandum est bellum non est inhoandum una ex his propositionibus negat altera afirmat.

¶ 3 quomodo argumentum est eruendum ex contrariis? R. Videat Orator suam propositionem, et illi rei de qua sermo est rem adversantem formetque cum illa propositionem contrariam priori habebitque argumentum ut sit propositio concordia regna firmat. Concordiae invenires rem adversantem nimirum discordiam formaresque propositionem contrariam superiori concordia regna firmat ergo concordia eadem firmat ita hanc propositionem bellum non est ineundum probares argumento a contrariis adversis quia pax est conservanda.

¶ 4 quomodo argumentum est eruendum? a contrariis privantibus videat pariter Orator suam propositionem et rem illam de qua propositio enuntiat ex est ex contrariis privantibus ipsius carentiam per ratione ponat. ut sit propositio lucem aeternam quisque debet mereri lucis privativum contrarium est tenebrae diceres ergo quia tenebras aeternas quisque debet fugere et esset argumentum a contrariis privative.

¶ 5 quomodo argumentum eruendum est a contrariis relatis? R. videat Orator in propositione dictionem, relativam significantem quaerat illius rem alteram pariter relativam et inventam det per ratione acomodato sensu propositionis ut sit Rex justas leges dare debet quid est correlativum Regis? Regnum seu subditi rationem dares quia subditi tantum justis legibus et praeceptis parere debent ita se propositionem datam bellum non est cum Mosco ineundum ex relatis probares quia hostis potentior non est lacessendus bello est correlativum hostis.

¶ 6 quomodo argumentum sumendum est a contrariis negantibus R.

videat

videat Orator suae ppositionem et si afirmativa formet illi nega
tivam id totum negantem qd ipsa dicit si vero negativa formet
illi negativam ppositionem id totum qd illa negaverat vg sit ppositio
negativa formet illi ppositionem afirmativam afirm. nullus princeps
injustas leges dare debet subditis. Amplificatio a contrariis videatur
in Rudimentis Rhetoricis

§ 7mus

Explicatur Ulterior Locus Ni
mirum Repugnantia

Q. 1 quid sit repugnantia R. sunt res quarum una de altera dici non
potest seu est unum ex contrariis et alterius contrarii effectus vg amor odium
sunt duo contraria effectus odii nocere laedere persequi infamare etc. et haec
dicuntur repugnantia respectu amoris quia repugnant ut de amore di
cantur ita Tertulianus in edictum Trajani invectus est nollentis inquiri
Christianos sed volentis oblatos puniri Os ententiam (inquid) necessitatem
Confusam negat inquirendos ut innocentes et mandat puniri ut nocentes
parcit, saevit, dissimulat, et animadvertit. Quid temet ipsum censura cir
cumvenis si damnas cur non inquiras si non inquiris quid non et ab
solvis latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio for
titur in reos magestatis et publicos hostes omnis homo est miles ad
socios, ad consocios usque inquisitio non extenditur solum inquiri
non licet offerri licet quasi illud actura esset inquisitio quam oblatis
datis ergo oblatum quam nemo voluit requisitum qui puto jam
non meruit ideo poena quia nocens est sed quia non inquirendus in
ventus etc ita probaturus ppositionem bellum non est in eadem ar

pugnantibus

repugnantibus cruores argumentum quaereres contrarium bello quod est Pax item quaeretes effectus pacis et sunt Servatio fortunarum securitas domorum vita sine metu etc hosque effectus pro ratione dare bellum non est in eundum quia per illud non conservatur fortunae non habetur vita tranquilla securitas domorum etc haberesque argumentum pro positionis.

§ 8vus

Explicatur Ulterior Locus Nimirum Adjuncta

Quaeritur 1 quid sunt adjuncta Respondeo sunt circumstantia illius rei quae illa comitantur et haec famoso illo versiculo continentur quis quid quibus auxilius cur quomodo quando

Quaeritur 2 quoduplicia sunt adjuncta Respondeo esse duplicia alia tenentia se tenentia se ex parte fortunae ut sunt genus altum vel humile officia dignitates opes affinitas. Alia tenentia se ex parte corporis ut sunt statura valetudo forma oris gratia. Alia tenentia se ex parte animi ut sunt virtutes scientiae passiones amor odium itaque omnia quae amplissimam dant tum argumentorum tum amplificationum materiam.

Ab adjunctis descripsit catilinam Salustius inquires Lucius Catilina Nobili genere natus magna vi et corporis et animi sed ingenio malo pravoque fuit ab adolescentia bella intestina bella intestina caedes rapinae discordia civilis gratata fuere ibique juventutem exercuit, corpus patiens exeriem arboris vigiliae supra quam quodque credibile est animus audax, subdolus cuius

rei simulato

rei simulator ac disimulator alieni appetens sui profusus ardens in cupiditatibus satis loquentiae cupiebat etc.

Q 3 quomodo argumentum ex hoc fonte adjunctorum sumendum est? R videat Orator propositionis suae dictionem, cui propositio maxime innititur tum rei per dictionem significantem circumstantias materiae tractandae enumeret, illusque det pro ratione. vg illa Ciceronis propositio Catilina est hostis rei publicae ab adjunctis corporis erupto argumento sit probata non ne ipsum caput, et supercilia illa penitus abraso colore malitiam et clamitare circumveritatem viderunt non ne ipsum caput ab imis verticem summum si qm conjecturam hominis tacita laboris figura ex fraude, mendaciis et fallaciis constare videtur qui id circo capite et superciliis semper est rasis ate pilum ullum viri boni habere videatur ita propositionem datam bellum cum Mosco non incundum ex hoc loco probares considerares adjuncta mosci sive animi, sive corporis, sive fortunae tot periculis probatum felix imperium mentem ad consilia optimam Nervum sufficientissimum habentem hostis cum quo dimicandum est heroem animum habet tot periculis probatum felix mentem ad consilia optimam Nervum sufficientem annis pluribus igitur non gerendum.

§. 9mus

Explicatur Ulterior Loc. Intrinseca Nimirum Antecedentia et Consequentia

Q 1 quid sint antecedentia? R sunt res quae alias praecedunt ita ut necessario aliae sequuntur ita cycatricis sunt res antecedentes vulnus infictum mortis infirmitas fulminis fulgur antecedens

pene

pœnæ delictum etc

¶ 2 quomodo Argumentum ex hoc Loco eruendum est? Et videat Orator Suam propositionem et si est propositio ex rebus consequentibus formata quærat illas quæ necessario antecedunt illasque det pratione vg si probare velles hanc propositionem Catilinam publicam pœnam ex Sententia Senatus ferre debet quereres quid est antecedens pœnæ inveniresque delictum diceresque quia Catilina delictum perditionis commisit, igitur publicam pœnam ferre debet ita si probare velles assumptam propositionem bellum non est ineundum cum Mosco antecedentia considerares connexa cum bello ut sunt injuriæ illatæ regno diceresque nullam injuriam Moscus adtulit igitur non gerendum.

¶ 3 quid sunt consequentia Et sunt res quæ necessario antecedunt res antecedentes, hoc est ita ut nisi fuerint antecedentia nullo modo fuisset consequentia ita se habet Cycatrix ita delictus ad pœnam quod nisi fuisset nec pœna fuisset.

¶ 4 quomodo argumentum sumendum est? Et videat Orator Suam propositionem quæ si est formata ex rebus antecedentibus quærat res consequentes detque illa pratione si probare velles quia libertas Polona nulla Cycatrice notatur rationem ab antecedentibus adferres quia nullo vulnere est læsa. Ita si esset propositio nihil injuriæ a contermino Poloniæ Mosco res publica tulit a consequentibus argumentum dares quia nullum illi bellum intulit res publica.

§. 10mus

Explicatur Ulterior Loc. Argumentorum

Nimirum

Nimirum Causa Et Effecta

200

¶ 1 quid est Causa? R est principium dans esse rei distincte a se in natura seu est res illa quae aliam facit ita sol causa dici vulg Causa doloris ignis alterig ignis caloris lucis.

¶ 2 quoduplex est causa R apud Oratores esse triplicem 1ma est materialis quae est materia ex qua res fiunt ita materia corporis humani est terra calicis aurei est aurum edificii sunt ligna quia ex his oia enumerata facta sunt.

¶ 3 quomodo argumentum potest erui a Causa materiali, R propositionem Orator videat, suam illiusq rei de qua propositio enuntiat, quaerat materiam et illam pro argumento adferat, si apte adferre potest. ita si tibi probandum esset nullg homo vivens aeternus est dares ex causa materiali, quia ex terra corruptibili est compositus ita propositionem probaturus bellum non est ineundum quereres materiam belli vg perfidium hostis nec violentig ingressus in regnum nostrum habetz quare bellum non est ineundum.

¶ 4 quid est Causa formalis R est illa res, seu ratio per quam res una differt ab alia ita homo differt ab aequo per formam substantialem mensa a curuli p formam accidentalem alia enim est forma in uno qm in alio lilium a Rosa pariter a forma differunt.

¶ 5 quomodo argumentum ex hoc loco eruendum? R in sua propositione Orator videat rem de qua potissimum sermo est illius formam quaerat illam seu substantialem, seu accidentalem detqz p ratione vg sit propositio homo non debet se terrenis voluptatibg immergere, formam substantialem hominis quaereres, et invenires animam, tam illig natura considerata dares rationem Ita si hanc p positionem bellum cum Mosco n e inhoandum p bare velles quaereres formam

rei publicae polonae

Rei publicæ polonæ seu illam rationem p qm differt ab aliis regnis et invenires libertatem tum diceres, quia in periculum proicere non expedit et periculosum est semper bellum cum Mosco.

¶ 6 quid est causa efficiens? R est res illa, quæ sua virtute aliam facit ita ignis causa efficiens calloris sigulus causa efficiens ollæ.

¶ 7 quomodo argumentum ex hoc loco eruendum? R propositionem suam videat Orator, quæratq; causam efficientem illam de qua sermo est eamq; ponat pro exigentia materiæ in argumentum Porro possunt causam conglobatam efficientem rem aliam illæq; adferri ad probandum propositionem ita Cicero probans Verrem Agunt præcipitem pcnæ civium Romanorum quos partim securi percussi, partim vinculis negavit partim implorantes jura libertatis et civitatis in crucem sustulit rapiunt eum ad suplicium Dii patrii quod iste unus incentus est qui e complexu parentum abreptos filios ad Necem duceret et parentes per sepultura liberorum posceret religiones vero sempiternas q; omnium sacrorum fanorumq; simulatas simulacraq; Deorum quæ non modo ex suis templis ablata sunt sed etiam jacent in tenebris ab Istro retrusa atq; abdita consistere ejus animum sine furore atq; amentia non sinunt ubi enumeravit causas ob quas reus speculator verres judicium pati debet ita si probaret propositio quia bellum est incendum belli efficientes causæ enumerarentur vg. avulsa provincia regnum. haberent causæ efficientes in argumentum reductæ.

¶ 8 quid est causa finalis R est finis propterqm sit res vg hominis ultimatus finis vita æterna finis scientiæ studii.

¶ 9 quomodo argumentum ex hoc loco eruendum? R videat Orator illius rei quæ in ppositione tractatur finem propterqm v facienda res est v omittenda inventum det pro argumento vg sit propositio

positio Clementia in principe spectanda est quereres quid sit clementiae finis? inveniresque amorem quem subditi praestant principi daresque argumentum quia princeps subditorum amorem mereri debet ergo in illo spectanda clementia ita si velles assumptam propositionem bellum non est ineundum probare finem belli qui est Pax diceresque quia non est certum hoc bellum secuturum ergo non est ineundum.

201

¶ 10 quid sunt effecta? R. sunt res factae a causis et sicut causae sunt quadruplices, ita et effectus. alii enim sunt provenientes a causa materiali ut corpus hominis est destruibile est effectus materialis causae alii enim sunt provenientes a causa formali ut discursus hominis ratiocinatio sunt effectus animae causae formalis hominis alii enim sunt provenientes a causa efficiente ut calor est effectus ignis, alii sunt provenientes a causa finali ut bellum quod causat Pax ideo enim suscipitur quia Pax

¶ 11 quomodo argumenta sunt eruenda ex loco? R. propositionem Orator videat illiusque rei quae in propositione tractatur videat effectus ut huic materiae servientes illosque det pro argumento. vg sic propositio clementia principem decet quaereres effectus clementiae ut sunt amor subditorum eorundem fidelitas obsequium constans diceresque quia clementia principis amorem apud subditos conciliat fidelitatem et obsequium constans ita si propositionem alteram bellum non est inhoandum probares quaereres malos effectus belli ut sunt desolatio regni subditorum agravatio roboris diminutio etc diceresque bellum non esse inhoandum quia per id desolatio regni nascitur agravatio subditorum roboris diminutio ergo non est assumendum.

De Amplifica

De Amplificatione Causarum dictum est in medis amplificationibus.

§. Ultimus

Explicatur Ulterior Locus Numerus Comparata

Q. 1. quid est Comparatio? R. est duarum rerum inter se in natura collatio ita Comparare res vi rem Strenuum Herculi regem bellicosum Macedoni ad consilia valentem Conso etc.

Q. 2. quoduplex est Comparatio? R. esse triplicem alia est majorum, alia minorum alia Parium. Majorum Comparatio est si persona nobilior comparetur cum persona minoris aestimationis vg Catilina Consul Romanus si ob crimen in rem publicam cogitatam exilio punitus ergo cuius nullo honore nobilis eo magis puniendus est ubi dignior persona confertur inferiori in eodem facto. Vel Comparatio nonnulla est collatio unius rei quae convenientius fieri poterat cum alia quae non tam convenientius fieri poterat vg hostem qui me aggressus gladio evaginato non occidit ergo ne amicum interfeci? ubi convenientius erat hostem occidere quam amicum. Minorum compatatio est rei humilioris cum re nobiliori v. est collatio rei quae non tam convenientius erat ut faceret. vg Rustico pepercimus quod sui similem occiderit non ne parcemus nobili qui rusticum interemit. Et illud Arhidiadis Sphaeram cum saeculari sydorum motu fabrefecit et DEUS non potuit nobilius opus instruere. - Parium Comparatio est collatio rerum aequalium duarum inter se vg qui occiderit patrem culeo consuatur et in mare mittatur ergo et qui matrem occiderit eadem poena plectendus est hic et personae aequales secum sperantur et factum

202

Q 3 quomodo ex hoc loco argumentum est eruendum? R. videat
Orator rem quam in propositione posuit, deinde illi rei factum simile sive a Joris
sive a nori sive a pari quaerat in historiis antiquioribus vel recentioribus
illamque det pro ratione et in exemplis supradictis vidisti. Ita hanc propositionem
bellum non est cum Mosco in Euthidem a comparatione probares bellum
Suecco non indicimus qui in Praedam regnum accepit ergo nec Mosco indicendum
qui minus incomodi dedit regno. Haberes argumentum a comparatione.

Q 4 quomodo haec argumenta a comparatis amplificari possint R.
haec aliquando non amplificantur sed per narrationem historicam allata
satis ampla erunt deinde etiam non amplificata possunt bene poni
idque breviter pro exigentia sermonis praesertim in genere deliberativo
et judiciali. Si tamen aliquando vel necesse est dilatari adductam historiam
in his generibus dilatatur per exagerationem facti quae exagerationes
vel ad definitionibus conglobatis accipiuntur vel ab adjunctis etc.
Jam in genere demonstrativo si a comparatis tractatur vide in Rudimentis Rhetoricis ubi de stylo erudito ibi reperies quomodo
possit tractari eruditio.

Q 5 possuntne ad argumentum a comparatis plures adduci historiae
seu exempla ad probandam propositionem? R. quod possint ita similia
utique exemplorum inductio. Ita Seneca propositionem hanc bona mens
obiectum patet ad hoc sumus nobiles Epistola 44 ab inductione exemplorum probavit. Nec rejecit quamquam Philosophia nec eligit obiectum placet
Patritius Socrates non fuit Cleanthes a quo tradit et rigando
hortulo rigavit manus Platonem non accepit nobilem sed fecit
quid est quare desperes fieri te posse parem etc.
Nota comparationem tractari posse vel per Anthyteta seu figuram
Ita propositorum si opposita facta comparas cum aliis factis

vel nos

vg nos vigilamus tu sternis bellamus tu expugnas belliaria
aestibus torremur tu umbris delicatam tueris faciem v si facta lauda
bilia cum aliis factis laudabilibus adferas vg Macedonis virtuti re
gnum angustum erat nec tua finibus regni terminatur in Persas
ille extendit praelia eodem animo in Tauricam usque porrexisti victo
rem gladium Darium Alexander regem servum habuit tibi hostium
se capita inclinarunt: et Polonus Macedo audiret etc

§ 12mus

Explicatur Locus Extrinsecus Argumentorum Fama.

Explicuimus locos intrinsecos argumentorum persequimur locos ex
trinsecos quid vero sit locus extrinsecus Rhetoricus dictum superius hic solum

Q 1 quot sunt et qui loci extrinseci R sunt 6 praejudicia Testes seu
Tabulae jusjurandum et tormenta.

Q 2 quid est Fama? est sententia v vox plurium aliquid afirmati
vum et negativum ut est si communi sensu aliquis declamet per
fidus v Mahiavelus v homo rectus v etiam cum factum aliquid sive
particularis personae sive regni multorum voce referatur vg
Victoria principis ex hoste milite Erarii opes etc

Q 3 quomodo argumentum ex fama eruendum R videat Orator
suam propositionem quaeratque quid fama publica dicere hac so
tiat v de simili alia illamque pro ratione adferat. Haec autem
fama esse potest v jam libris data cujus tn homines memo
res, eam passim narrant v certe traditioni innixa seu veteri
seu recentiori. Ita Cicero pro lege Manilia de Pompeio inquit:

Quod

Quod Nomen unquam in orbe terrarum clarum fuit. cujus res gestæ pares de quo homine vos id quod maxime facit ad Authoritatem tant et præclara judicia fecistis. Ita si propositionem hanc bellum non est inhoandum cum Mosco ex hoc fonte fonte probare velles quereres quid hic et nunc de Mosco fama ferat et hæc fert triumphum illius de Persis metumque ipsius portæ quod non audet illum lacessere formaresque ex hac fama rationem sic Potentior numerosomilite Persia pariterque porta nec audet Moscum lacessere; tanto magis nobis infirmiores vires habentibus cum agredi non expedit. Et haberes argumentum a fama

§ 13tius

Explicans Ulterior Locus Extrinsecus Nimirum Præjudicia

Q. 1. quid sunt Præjudicia? R. est sententia sive decretum in hoc aut causa Connexa cum simili in aliquo judicio latum. ut est illud Ciceronis ad Herenium Quem Senatus, Populus quem Romanus quem omnium existimatio damnavit, eum vos sentitis vestris absolvetis

Q. 2do quomodo argumentum sumendum est, a præjudiciis? R. propositionem suam videat Orator deinde causam hanc quam propositio tractat vel Connexa cum illa vel saltim similem alibi judicatam illamque per argumentum suæ propositionis adferat vel sit propositio Ignis qui læsit regem debet exilio puniri. Quæres decretum in aliquam personam punit et delinquentem et tali punitam decreto invenires quod Radziejovium qui Ultra Joannem Casimirum deliquerat et exilio

punitus est

punitq est idq decretum est adduceres in argumentum dicendo Radziejovius Sesd magestatis reg datus est in Exilium igitur Zytig quin eodem crimine deprehensus tali pœna mulctandus est.

§ 14tus

Explicatio Ulterior Extrinsecus Nitrus Leges sive Tabulæ.

Q 1 quid sint tabulæ? Sunt leges, quibus v particulares Communitates reguntur v regnum totum sive illæ sint particulares sive civiles.

Q 2 quomodo argumentum eruendum est ex hoc loco Q videat Orator suam propositionem, legemq inquirat, pro illa restantes, quæ in propositione exprimitur eamq det pro ratione vg si probare velles quia Ebriosus homo non debet in testem admitti legem aliqm pro hac veritate quereres inveniresq legem Hyspanam, ita dicentem nec in testem ille admittendus qui semel Ebrietatis est Compertus daresq hanc pro ratione item si velles probare hanc propositionem ille qui alium ad compotationes in hospitia ducit in jure accusandus est inveniresq legem civilem sic dicentem Accusare illum de injuria illata licet qui cujusqm servum aut filium ad Popinam duxerit daresq legem hanc pro argumento Ita si probare hanc propositionem bellum non est incundum cum Mosco adferres legem Communem quia jura gentium ~~non~~ sunt infringenda non esse fœdera diceresq fœdera jura gentium non sunt infringenda igitur non est cum Mosco bellandum cum fœdera cum regnum illum percusserit Huc referuntur Testamenta decreta Hyrographa

§ 15tus

§ 15tus

Explicat Ulterior Locus Nostrum

Testes

204

¶ 1 quid sint testes? R. sunt Testimonia viventium hominum in re facta v non factam v gravium authorum dogmata alias Sententiae v etiam exempla etc. Intellige Symbola Apotogmata Emblemata Apologi. Dixi Testimonia viventium hominum, quia haec potissimum in judiciali fere adhibetur ad veritatem aliquam inquirendam adhibentur etiam in genere deliberativo ubi iidem Testes inducuntur in argumentum illius rei quae suadetur v dissuadetur. Porro hi testes alii sunt ex auditu alii ex visu. Ex auditu illi dicuntur qui testantur se audisse rem illam rem. Ex visu illi dicuntur qui testantur se vidisse rem illam, de qua quaestio est utrique argumento idonei. Dixi item gravium Authorum dogmata Sententiae v exempla etc quia per adductas Sententias v revolutiones aliquas potest bene probari res in propositione contenta

¶ 2 quomodo argumentum ex hoc loco eruendum? R. videat suam propositionem Orator, et illi rei quae in propositione continetur accommodat authoris Sententiam v adagium v Symbolum v Emblema v Apologum v Apotegma v historiam etc adferat detque in argumentum. vg Sit propositio, multum posse probare non est gloria adferres ad argumentum Apostegma Aristippi qui biboni jactanti suam bibacitatem Respondit et Mu-li hoc possunt tum inferres ergo et homini non est gloria bibacitas cum etiam Mulonem sit ita si ex hoc fonte probare velles bellum non esse cum Mosco agendum quaerens Testi-

monium

monium aliquod in hunc finem invenirsq; Vladislaum Regem Poloniae contra foedera cum Turca pugnantem ideo ipsum laesum et omnem exercitum eum ducibq; diceresq; Vladislaus Rex contra foedera pugnans cum Turca turpiter cecidit igitur nec nobis contra foedera pugnandum.

In hunc finem plura alia testimonia congereres haberes argumentarum pauca

Nota vero in Corrogationem Testimoniorum prudentem debere esse Oratorem quare haec in genere demonstrativo valde leniuter et per allusionem et in genere se adducenda sunt in genere deliberativo possunt adduci in majori frequentia sed simul ratio ex aliis fontibus addenda in judiciali vero Testimonia regnant seu vivorum seu documentorum

Q 3 quomodo haec Testimonia sumenda? R is est finis Lectionis Librorum et ex his notatorum quae omnia ad locos communes seu titulos ad marginem positos rediguntur unde sumenda haec testimonia sunt ex illa supellectili. Jam testimonia vidorum cuiq; dictat ratio unde sumenda sunt ut et Testamentorum aliarum inscriptionum.

§ Actus

Explicatio Ultimi Loci Nimirum Jusjurandum et Tormenta

Q 1 quid est Jusjurandum? R est invocatio Nominis Dei

in testimonium

in testamonium alicujus rei

Q 2 quomodo argumentum eruitur ex hoc loco R ipsa jurandi adductio in rationem seu argumentum vg sit propositio Catilina Reipublicae insidiatur argumentum a juris jurando esset, quia Cicero juravit cum esset Praeditorem Patriae ergo Catilina insidiatur Reipublicae.

Q 3 quid sunt Tormenta? R est Tortura seu inquisitio Corporalis ad extorquendam adhibita

Q 4 quomodo ex hoc loco argumentum eruendum? R si ipsa Confessio expressa per torturas in rationem adducatur dabit propositioni vg sit Catilina Reipublicae insidiatur argumentum a Tormentis acciperes dicendo quia Complex hujus Criminis id ipsum Confessus est in aequleo tortus ergo Catilina insidiatur. Jam habes Explicatos fontes Rhetoricos cum Exemplis Ex quibus ad omne genus Oratorium argumenta sumes. Sed de dispositione Argumentorum Et Sufficientia materiae Sollicitus Orator haec ipsa angustiabitur quare breviter illis suggero.

§ 17mus

De Dispositione Argumentorum In Ordine ad vota forandae

Dispositionis Nomine duplex ipsa venit queri enim 1mo potest quo ordine argumenta ex locis sumpta ponenda sunt item queri possunt rationes ipsae quonam modo disponendae ut ampliorem faciant materiam orationi quaerere.

Q 1

Q 1 quo ordine argumenta inventa, sunt ponenda in oratione? R. id explicatum a docente Soario quod argumenta quae sunt firmissima debent poni in principio in fine vero quae excellunt idque bona satis et solida: mediocria vero in medio ponantur. Quae autem sunt firmissima quae bona quae mediocria spectat judicare ad ipsum dicentem

Q 2 Quomodo ipsum argumentum seu ratio disponenda sit ut ampliorem faciat materiam Orationi? R. disponendum esse in Sylogismum tripartitum v. in Sylogismum 5 partitum v. in Enthymema v. in dilema Porro quid Sylogismus sit diximus in structura Orationum civilium ubi demodo scribendarum Orationum tractavimus. Innuo tamen et hic dico; Sylogismus est oratio constans propositionibus quarum una ex alia fluit: idque v. 3bus propositionibus v. quinque. Sylogismus tripartitus est qui constat 3bus propositionibus ex se fluentibus vg Quod utile est Reipublicae illud est sequendum sed bellum est utile Reipublicae ergo est sequendum. Habes 3 propositiones quarum una ex alia fluit. Quomodo autem una ex alia effluere debet est fori Dyalectici juxta illos 1ma propositio vocatur major apud Rhetores non mutat nomen sed propositio dicitur 2da propositio vocatur minor apud Rhetores assumptio Tertia apud utrosque conclusio. Si vero adderes rationem majori et minori propositioni in Sylogismo supradato haberesque quinque partitum seu quinque propositionum Sylogismum vg Quod utile est Reipublicae illud est sequendum ratio istius quia ille hostis suae Patriae esset si non sequeretur

id quod un

id quod utile illi est. Sed bellum est utile Reipublicae. Ratio istius quia per successum istius Regnum et fortunis et fama augebitur. Ergo bellum est sequendum en Sylogismum quinque partitum.

Enthymema vero est ratio constans duabus propositionibus nempe minori et conclusione ex se fluentibus. id facile formari potest nimirum si argumentum erutum ponas prominori propositione et in conclusione ponas propositionem probandam ut bellum est utile Reipublicae ergo est sequendum. Posses addere rationem antecedenti et uberius esset Enthymema.

Dilema est Oratio composita ex duabus propositionibus sibi oppositis quarum quamcunque necessarius concesserit contra se concedet urgente ratione ut vel bellum contra Moscum est assumendum vel non assumendum si assumendum est violabitur fœdus si non est assumendum infamiam et partem regni perdimus.

Quod adtinet ad amplificationis modos dicturum propositionum in Sylogismis diximus in Rudimentis Rhetoricis illuc remitto Rhetorem quanquam et ipsa praxis illum continua edocebit.

Verum Oratori suasuro quidpiam vel dissuasuro incumbit non solum intellectum ratione convincere assentiatur illius veritati sed et voluntatem movere ut id amplectatur quod verum esse agnoscit argumentis seu rationibus intellectum convincit affectibus voluntatem movet. Hinc apertis fontibus argumentorum, et modo hæc disponendi explicato restat dicendum de affectibus sit ergo.

§ 18vus

De Fontibus affectu

De Fontibus Affectuum et illorum Diversitate

Q 1 quid sit affectus? R est motus animi implens voluntatem ad aliquod sequendum vel fugiendum differt affectus ab argumento quod argumentum convincat intellectum ut assentiatur veritati probatae affectus vero inclinet veritatem ut vellit sequere quod suadetur velit fugere quod disuadetur.

